



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

63. An Sacerdos obligatus quotidie celebrare, possit semel in hebdomada  
omittere Sacrificium, etiamsi institutio dirigatur ad locum, & celebrare pro  
alio, accepto stipendio? Et docetur talem ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

n. 3. Homobon de exam. Eccles. part. I. tract. 4. cap. 3.  
9. i. 12. putant hanc sententiam esse admittendam, si Capellanus aegrotaret per octo, vel decem dies. Petr. à Nauarra de restituzione, lib. 2. cap. 1. n. 210. si per spatiū vnius, vel duorum mensium Capellanus aegrotaret, non obligat illum ad celebrandum. Non enim (vt afferit) credibile est fundatorem voluisse ita strictè obligare, cùm suam mentem non explicaret; nec certè est rationabile tantum emungere. Sic ille, & Naldus in summ. vers. Missa, n. 11. Quorū sententiam impugnat Genouensis in praxi cap. 47. n. 2.

2. Ego vero si Capellani infirmitas perdurauerit usque ad 15. dies; non obligarem illum ad Missas celebrandas.

dotem non solum vnam, sed etiam alteram Missam posse ex causa honestatis relinquere. Ita ille tom. 1. confil. lib. 3. de prob. confil. 6. n. 5.

3. Sed hanc sententiam impugnat Nald. in summ. verb. Missa, p. 6. qui probabiliter tamen in n. 7. afferit ex aliqua ingruente necessitate posse Capellanus sum. per annum quater, vel sexies celebrare pro se ipso, vel sibi valde coniuncto ad specialem gratiam Dei obtinendam: nam hoc non ei denegaret Capellanie institutor, si de tali casu cogitassem, vel interrogatus responderet. Potest igitur Capellanus obligatus ad quatuor die celebrandum, ex consuetudine introducatur, restringere vnam Missam in hebdomada. Nota tamen, quod non potest in tali die celebrare Missam pro alio, & accipere stipendium. Ita DD. communiter.

### RESOL. LX.

An Capellanus, qui tenet quotidie celebrare, si per mensē sit infirmus, teneatur pro illo tempore Missas compensare? Ex p. 4. tr. 4. & Miss. Ref. 238.

Sup. hoc in Res. præterita, & in alio §. & vers. eius not. §. 1. **M**ulti putant in tali casu tempus vnius mensis esse satis laxum ad excusandum Sacerdotem, ne Missas compenset, sed excusari docet Huratud de Sacram. disp. 4. de sacrificio Missa, diff. 1. vbi sic ait. Si Capellanus infirmitate, aut alio impedimento non voluntario impeditus existat, non teneatur Missas pro parvo tempore, nempe pro uno mensē omisas compensare, nisi constitutio aliqua, aut nota consuetudo id non permitat, quia id potest de mente fundatoris prudentissime præsumi. Ita ille, qui citat Layman, vnde recte asserit Mercerus de Sacram. in 3. p. D. Thoma 9. 83. art. 2. propos. 2. n. 1. quod obligatio celebrandi quotidie intelligenda est moraliter, & regulariter, quia alioquin esset onus intollerabile, nisi sit tale beneficium, & talis consuetudo, ut obliget ad prouidendum quotidie Ecclesiæ de sacrificio per se, vel per alium, tunc enim maiori rigore vrgebit hæc obligatio quotidiana.

### RESOL. LXI.

An Sacerdos obligatus quotidie celebrare, possit ex causa maioris honestatis vnam Missam in hebdomada omittere.

Et aliquid non solum vnam, sed alteram Missam possit talis Sacerdos ex causa honestatis relinquere? Et cursum notatur, quod in tali die non potest Sacerdos Missam pro alio celebrare, & accipere ab illo stipendium.

Ei afferitur ex aliqua ingruente necessitate posse Capellanum per annum quater, vel sexies celebrare pro seipso, vel sibi valde coniuncto, ad specialem gratiam Dei obtinendam. Ex p. 2. tr. 14. Ref. 28.

Sup. contencio in hoc §. 1. & in fine huius Resol. in duabus Ref. seqq. & supra lego doctrinam §. Norandū. Ref. 55.

§. 1. **R**espondeo affirmatiuè, si instituto Missa dirigatur ad personam Sacerdotis his, vel similibus verbis: Eligatur Capellanus, qui quotidie celebret; non autem si adiungat, per se, vel per alium: neque enim si instituto Missa dirigatur ad locum: vt si scilicet dicatur quotidie Missa in tali Ecclesia, vel in tali Capella, &c. tunc enim Sacerdos, qui huiusmodi onus habet, sine villa vacantiæ, tenetur quotidie celebrare. Ita Zanardus in direct. Theol. p. 1. de sacrif. Miss. cap. 13. in principio, Fraxinellus de oblig. Sacerd. sec. 4. concil. 4. §. 1. Bonacina de Sacram. disp. 4. quæst. vlt. punct. 7. §. 2. n. 16. & 17. & alij penes ipsos.

2. Hoc vnum aduertam, quod ipsi non notarunt, Nauarrum in casu proposito putare aliquando Sacer-

### RESOL. LXII.

An in obligatione celebrandi detur parvitas materiæ? Et an ex aliqua ingruente necessitate licet Capellanus ad Missam quotidie obligatus aliquando per annum quatuor, vel sexies celebrare pro seipso, vel sibi valde coniuncto ad specialem gratiam Dei obtinendam, non vero pro alio in vitroque casu, à quo stipendium recipiat? Ex p. 5. tr. 5. Ref. 23.

§. 1.

**V**ideretur affirmatiuè respondendum ex do. Sop. Etrina Naldi in sum. vers. Miss. cap. 7. vñ. Et potest: autem præsumtus Capellanus obligatus ad Missam quotidie possit eo die cuiusque hebdomada quæ sibi liberum est, Missam omittere, pro alio celebrare conferente sibi stipendium speciale. Respondendum invenimus negatiuè, nam consuetudo illa omittendi Missam semel in hebdomada fundata est in præf. cap. 5. in significatum, de probend. vbi ex causa honestatis & maioris deuotionis id ei conceditur. Ergo cessante causa, cessat etiam illa iuriis indulgentia, quinim addo id satis exprimi in præfato cap. significatum, vbi in fine subditur non ei licere transferre se ad aliam Ecclesiam. Non negarem tamen ex aliqua ingruente necessitate licere eidem Capellano aliquando per annum, puta quater, vel sexies celebrare pro seipso, vel sibi valde coniuncto ad specialem aliquam Dei gratiam obtinendam, id enim non negaret plus Capellaniae institutor, si de tali casu cogitassem, vel interrogatus fuisset. Ita Naldus, cui addit Homobonus de Bonis in consult. moral. tom. 2. part. 7. resp. 52. Sed aliquis posset dicere hos auctores non probare hanc licentiam ex paruitate materiae, sed ex presumptu voluntate testatoris, nisi dicatur talis voluntas præsumta ex ipsa paruitate materiae.

### RESOL. LXIII.

An Sacerdos obligatus quotidie celebrare, possit sibi in hebdomada omittere Sacrificium, etiam si infinitio dirigatur ad locum, & celebrare pro alio, accipere stipendio?

Et docetur talem Capellanum posse quater, aut seipso per annum celebrare pro seipso, vel sibi valde coniuncto patre, matre, & benefactori. Ex part. 10. II. 14. & Miss. 4. Ref. 39. alias 37.

§. 1.

**A**ffirmatiuè responderet Pater Vidal, in Area Theol. Mor. tit. de Infirmit. Inquisit. 1. per sacram, in qua firmat, quod Sacerdos obligatus quotidie celebrare, potest tuta conscientia temet in hebdomada se abstineri à celebratione Missæ quotidianæ modo loquatur Testator, ac exister instituto Capellaniae: at si illa die, in qua non tenerit celebrationem secundum